



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

De Resurrectione, & extremo Iudicio: ex Ioan. Chrysost. Admonitio. x.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

De Resurrectione & extremo Iudicio, D. Ioannis
Chryf. Admonitio.

Non permittit Deus, ut quisquam unquam à mortuis huc reuersus de iis qua ibi sum narraret uiuentibus hominibus: docens nos, ut scripturis potius credendum existimemus, quam cateris omnibus, propterea quod Deus Resurrectionis negotium multò d. lucidius nobis commonstrauit. Orbem uniuersum conuertit, errorem abegit, ueritatē induxit: per homines piscatores ac uiles hac omnia peregit. denique abundè magna sua prouidentia documenta nobis ubique praeiuit. Ne itaq. putemus res nostras huius uita termino circumscribi, sed credamus fore Iudicium ac remunerationem omnium quacunque hic à nobis geruntur. Nam id est adeò manifestum conspicuumq. cunctis, ut & Iudaei & Graeci, & haeretici, breuiter, omnis quisquis est homo super his consentiat. Quanquam enim non quemadmodum decet de Resurrectione philosophantur omnes, attamen de Iudicio, deq. Pœnis, de Tribunalibus qua illic sunt, omnes consentiunt, illic esse aliquam eorum que hic geruntur remunerationem: quod ni esset, qua de causa Deus celum tam amplum extendisset, mare dilatasset, aërem diffudisset, tantam prouidentiam declarasset, nisi ad finem usque nostri curam habiturus esset? Nonne uides multos qui cum uirtute uixerunt, innumeraque mala passi sunt, decessisse, nulla re bona percepta? Alios contra, cum multam prauitatem comiserint, alienas facultates rapuerint, uiduas & orphanos spoliauerint oppresserintque, opibus, delitijsq. & innumeris bonis fructi fuerint, decessisse, ne tantulum quidè mali passos? *Quæ igitur uel illi priores uirtutis premia recipient, uel isti prauitatis ferent supplicia, si nostra res ultra uitã hanc*

CAPVT

X.

Concione 4.
de Lazaro.

g +

non pro-

non proferuntur? Nam si Deus est, sicuti reuera est, eum iustum esse nemo non fatebitur. Atqui si iustus est, & his & illis rependet pro meritis, hic verò nullus eorum recepit, neque ille improbitatis poenam, neque hic virtutis premia: perspicuum est restare tempus aliquod, in quo congruens premium horum uterque feret.

De extremi Iudicij grauitate: à quo etiam nulla est prouocatio.

CAPVT
XI.
Sap. 5.

EX his ergo constat, certò futurum esse Iudicium: in quo suam iustitiam Deus declarabit, verisque iustis & iniustis in iudicium adductis. Tunc, ait Scriptura, stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustianerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inspirata salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum astimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecco quo modo computati sunt inter filios Dei?

Chrysoft.
Hom. 22. ad
pop. Antioç.

Idem Hom.
48. ad eun-
dem pop.

In hoc Iudicio ante omnium hominum oculos peccata nostra ponentur: cordium enim nostrorum libri aperientur, & in medio manifestè legentur, etiam occulta nocturna atque diurna. Si cuius ex nobis factum occultum in medium hodie coram sola produceretur ecclesia, quomodo nõ perire, & sibi terram debiscere precaretur, potius quàm tot malitia testes habere? Quid tunc ergo patiemur, cum in medium coram mundo cuncta promentur, in theatro tam claro & illustri, & nobis notis & incognitis omnia spectantibus? Sedebit autem pro tribunali non Imperator terrenus quispiam aut Rex, sed

Apo. 17. 19. Filius Dei, Rex regum, & Dominus dominantium: cui
Pater